12

Illustri & Nobilissimo Domino,

D.no CONSTANTINO HUGENIO, Equiti;
ZULECHEMI & ZEELHEMI Toparchæ, &c.
CELSISSIMO ARAUSIONENSIUM PRINCIPI
A Consiliis & Secretis. &c.

Robertus Keuchenius, Jctus. S.P.D.

Miraberis forsan Illustris & Nobilissime Domine, quod hocce Poëmatio primum mihi ad te aditum sternam; & ut ad perlegendum vaces, officiose exorem. Fecit Augustissimi Regis Felix & Pia Majestas, quam ultra mortale miraculum Majorum Sceptris in hunc diem restitutam, unanimi voto demiramur. Fecit Illustris & Nobilissimi Nominis Tui stupenda fama, quâ Musarúm Antistitem Te toties venerata fuit doctissimorúm hominum cohors, ego non possum, quin omni religioso alloquio compellem. Quod ipsum feci minus invitus, quum nunquam meliore voto fieri posse viderem. Quamvis autem non merear, ut rescripto me aliquo dignêre, submissus tamen hoc ab eximiâ Tuâ in eruditos humanitate petere ausim, ut tantillo me voto frustrari graveris. Si spes ea non decollabit, virgulam divinam tanti haud fecerim. Utinam pari adfectú Symbolicum hoc, quod extra ingenii acumen & industriam exhibemus, animum erga Te meum agnosceres! Οὐ κατὰ τύχην τὴν σὴν, Σέβαστε, εἰ πλέον εἶχον, πλέον δίδουν. Habe tamen venerando Nomini Tuo sacrum, & hanc nostram in Te animi quamvis imparem significationem pro tantillo boni consule. Arnhemii Gelror. à. d. XIIII. Kalend. Octobr. Julian. CIↃ IↃCLX.

© National Library of Scotland, Edinburgh
Adv. MS. 81.1.15, fols. 14-16
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0488

Den Doorluchtigen en HooghEedelen
Heere,

Den Heere, CONSTANTYN HUIGENS,
Ridder. Heere van Zuilichem, Zeel-
hem, &c. Raadt-Pensionaris van
Zijne Hoogh-heit, de Prince van
Orangien, &c.

In 's Graaven Haage.

© National Library of Scotland, Edinburgh
Adv. MS. 81.1.15, fols. 14-16
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0488

IN SYMBOLUM

Illustris & Nobiliſsimi Domini,

D. CONSTANTINI HUGENII,
Equitis, ZULECHEMI & ZEELHEMI Toparchæ, &c. CELSISSIMO ARAUSIONENSIUM PRINCIPI à Consiliis & Secretis. &c.

Cæſara miramur, CONSTANTINUMQUE Poëtam;
Cæſaris illius nomina, Vatis erunt.
De CONSTANTINO nobis nil Cæſare constet,
Dum vetat Hunc CONSTANS nomine Musa mori:
Et Pius, & CONSTANS cum CONSTANTINUS ametur;
Quàm bene CONSTANTER, quo sibi CONSTET, amat.

Rob. Keuchenius, fecit.

© National Library of Scotland, Edinburgh
Adv. MS. 81.1.15, fols. 14-16
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0488